



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Conseruatores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

C O N S E R V A T O R E S . 95
dicantium Moniales suas velare
nisi hoc habeant ex concessione Pa-
pæ. art. 2.

Quæ non est virgo materialiter,
id est, quæ peccato mortali passa est
apertio[n]em claustr[i], vel pollutionē
sine apertione, secundum omnes
graui[er] peccat petendo consecra-
tionem; tamen non tenetur se dif-
famare, cùm illud sit iuris Canonici
art. 3.

C O N S E R V A T O R E S .
DE iure positivo conseruator
tentatorum, seu iniurias pa-
tientium ut pupillorum, viduarum
& aduenarum, aliarumque misera-
bilium personarum, est Princeps,
Rex, Imperator, & isti quidem sunt
ordinarij, tom. I. quest. 65. art. 1.

Alij sunt conseruatores non or-
dinarij, Iudices videlicet delegati,
qui morte concedentis, extinguntur.
ibid.

Solus Papa potest Iudices Con-
seruatores cōcedere, nec aliis quam
Episcopos, Abbates, & in Ecclesia-
stica dignitate constitutos. art. 2.

Plurimi dicunt Prælatos Minores
per Clementinam exiuit, prohibitos
esse

96 CONSERVATO^RE S.
esse ne possint constituti Conserua-
tores aliorum Ordinum , quod non
videtur verum ; sed bene per gene-
rales cōstitutiones ob indecentiam,
cūm eiusmodi munus , sine iuridi-
co litigio , & dispensatione rerum
temporalium , non possit exerceri,
art. 3.

Requisiti à Fratribus vt Conser-
uatorum ministerium acceptēt pro
subleuatione grauaminis sibi illati,
idque recusantes , mortaliter pec-
cant , excommunicatūrque per *l*l*ium I I. art. 4.*

Nominato in aliqua causa à Fra-
tribus Conseruatore vno , non po-
test à dictis Fratribus post eadē
causa alia persona nominari , etiam
ipso Iudice nominato consentien-
te , nisi vel infirmitate , vel alia iusta
causa illum contingeret impediri,
aut si nollet , vel malitiosè in eo
procederet. *art. 5.*

Quilibet tamen Conseruatorum ,
& Iudicū præfatorum potest pro-
sequi articulū per alium inchoa-
tum , tametsi inchoans nullo Cano-
nico impedimento præpeditus sit,
juxta priuilegium Patribus Socie-
tatis

S.
rua-
non
ene-
iam,
ridi-
erum
ceri,

nsfer-
c pro
llati,
pec-
r lu.

Fra-
n po-
adem
etiam
tien-
iusta
ediri,
in eo

orum,
pro-
choa-
Cano-
is sit,
ocie-
tatis

CONSERVATORES. 97
tatis concessum. Ita habetur in Com-
pendio Societatis. ibidem.

Conseruatores electi , virtute conseruatoriarum Religiosis concessarum , licet sint iudices delegati ; eorum tamen delegatio , & iurisdictio morte Pontificum ipsas concedentium non expirant , quia priuilegia concessa Religiosis non sunt personalia , sed realia , quæ semper durant. art. 6.

Conseruatores Fratrum possunt agere in aduersarios etiam extra Diœcesim degentes , & trahere ad se citationibus , modò non differit ultra tres dietas computandas à limitibus Diœcefis , in qua degit citandus. Diæta autem secundum plures continet viginti leucas articulo. 7.

Conseruatoriæ quoad negotia cœpta non durant post quinquennium. art. 9.

Conseruatores fratrū, ex priuilegio Greg. XIII. factō Iesuitis , possunt delegare alium , qui in dignitate , vel personā constitutus sit in Ecclesiis Cathedralibus , vel Collegiatis. art. 10.

G Dici

98 CONSERVATORES.

Dicti Conseruatores iure com-
muni , possunt tantum cognoscere
de notoriis iniuriis factis Fratri-
bus , & possunt cognoscere an res
sit notoria , sed inspiciendum est
quid ferat rescriptum Pontificis.*art.*

13.

Tunc dicitur manifesta iniuria
& violentia inferri, ut pateat aditus
Iudicibus , Conseruatoribus contra
laicos procedendi , Quando Mona-
sterium, & Religiosi sua possessione
perturbantur, aut eorum priuilegia,
exemptiones , & immunitates vio-
lantur, *ibidem*.

De quibus causis ciuilibus, & dam-
nis temporalibus possunt cognosce-
re, & agere Conseruatores , *vide in*
Auctore, ab art. 11. ad 16.

Conseruatores Mendicatum pos-
sunt agere etiam per censuras, con-
tra quoscumque tam Ecclesiasticos,
quam saeculares & Doctores Vniuer-
sitatum , licet ipsi ex priuilegio ha-
beant à Papa Conseruatores*art. 15.*
¶ 16.

Regulares possunt eligere Con-
seruatorem pro iniuria facta obla-
so, aut seruo manenti intra claustra
sub

C O N S V E T V D O. 99

sub illorum obedientia art. 17.

Dicti conseruatorē possūt procedere sine strepitu, & figura iudicij, quemadmodum faciunt Religiosi in suis iudiciis. art. 18.

Conseruatores suam excedentes potestatem scienter, eo ipso per annum ab officio sunt suspensi, & lege regali priuantur naturalitate. art. 19.

C O N S V E T V D O.

COusuetudo, est ius quoddam non scriptum, moribus, id est, assiduis actibus constitutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. com. 2. qu. 66. art. 1.

Vt consuetudo iusta censeatur, necesse est primò, vt sit rationabilis, qualis esse nequit contra ius diuinum, & naturale; bene autem contra legem humanam, quam potest tollere etiam tunc, cum non constat clarè de consuetudinis iniustitia: præsumitur enim tunc quod sit rationabilis; secus, si evidenter fuerit mala. *ibid.*

Vt consuetudo iusta censeatur, requiritur secundò, quod sit legitimè introducta, & præscripta. Ad quod

G 2 ne

E S.
com.
oscere
Fratri-
an res
im est
cis. art.

iniuria
aditus
contra
Mona-
fessione
milia,
es vio-

& dam,
gnosce-
vide in

im pos-
as, con-
asticos,
Yniuer-
gio ha-
arti. 15

e Con-
a obla-
claustra
sub